

181) imperatori P¹¹⁸ imperatori¹ instanter darent operam nūnciam⁴, quod
nūncians P¹ nūnciat¹ exercitus Mediolanensium, qui ad defendendum eis trans-
itum missi fuerant, iam super eos veniant. Non fit mora,
armatur militia, et quia exercitus maiores ex alia parte
aque remanserant, ex consilio, qui in hoc negotio
periti fuerant, longe extra castra progreditur exercitus,
ibi cum eos pugnaturus. Ad considerandum quanta eorum
sit militia, electi mittuntur milites, qui maiori et fortiori
exercitus Mediolanensium occurrentes eum fortiter ut milites
milites fortiter aggrediuntur. Mediolanenses victi fugam
ineunt. Nec mirum, mors enim in tali re ferro vel peditibus
vitanda est. Quos Boemi insequi quamdiu possunt non
cessant, ubi plurimis vulneratis Boemis Euxet, castellanus
Melnicensis³, interficitur, Diva vero, miles honestus, mortale
vulnus in fronte recipit. Hoc Bernardus, filius sororis eius,
considerans de avunculo suo ulcisci desiderans eum in-
sequitur et cum gladio suo ut leo fortis medium dividit.
Boemi vero plurim⁵ ad terram ferro prostrantes et ibi
nec relinquentes LXX ex melioribus et nobilioribus militi-
bus captis ad dominum regem suum cum triumpho
rediunt et eos regi tradunt potestati, quos rex forti
tradens custodie domini imperatoris pro perficiendo

1) Heng. Ann. Ann. Med. mai. T. 29 fons des souffres bei Gorgonzola (ca. 10 km. nördl. von Cassano).

2) Heng. Ann. T. 13.

3) Melnik. Über die Burg des Castellans in Böhm. vgl. Petrus, Kuffg. d. Böhm. Länder I, 36; vgl. auch Heng. die Lüge in Böhm., T. 79.